

## De consolatione theologie

busdam regulis qualiter et ubi debeant uti vel non uti zelo suo. In tertio metro docemur quod quilibet sit contentus vocatōe sua et secundum illam bene agat et ita proderit omnibus nec se ledet. In quarta prosa declarat quod solitarius potest omnibus proficere. Deinde subiungitur sermo de patientia quod in ea consolatio theologica reponatur.

In quarto metro ponitur utilitas patientie sub exemplo Job afflicti.

### Tabula quarti libri

In quarto libro prosa prima loquitur de trepidatione conscientie humane respectu iudiciorum dei. Et quod nihilominus labores assumendi sunt pro republica et adiutorio aliorum fundando se in doctrina sacra. In primo metro datur ratio cur deus legem naturalem dedit in scriptis lapideis. dehinc in euangelica lege repetiuit. In secunda prosa ponitur diffuse distinctio de triplici certitudine. addendo quod liter intelligi debeat illud Gregorij. Bonarum meritorum est culpam agnoscere ubi culpa non est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri.

In secundo metro docemur qualiter uti debeamus scrupulis orientibus ex preteritis culpis.

In tertia prosa fit iterum sermo super eadem re. docendo quod serenatio conscientie per sentimenta deuota non est signum efficacis diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupulorum consurgentium circa ea que sunt posterius agenda. et qualis certitudo sufficit et unde colligitur.

In tertio metro loquitur quod precepta legis nature sunt etiam precepta fidei ac legis euangelice. conquerendo de erroribus contententibus circa ea.

In quarta prosa loquitur incidenter de the

ologis et iuristis quales esse deberent et quales aliqui sunt. Concludendo quod in morali negocio non potest vniuersalis ars tradidi que conferre sufficiat certitudinem in particulari quolibet agibili. quin consurgere possint scrupuli mentis inquietatiui.

In quarto metro docet quomodo patientis possit aut debeat inueniri.

In quinta prosa ponitur sub persona theologie grandis oratio consolatoria super casibus humanis. notatim illius qui tunc franciam conturbabat. Concludendo supremum consolatiois theologie gradum in animi preparatioe ad martyrium.

Explicit tabula quatuor librorum de consolatione theologie.

### Nota pro intellectu

actu huius dialogi. quod voluer est intellectus discursiuus et ratiocinatus. Dominus est intellectus meditatiuus et inquisitiuus. peregrinus est homo contemplatiuus simul et actiuus. Pro sensu vero litterali notandum quod cum erimus doctor Joh. de gerson. ex concilio constantien. recedens franciam propter minas ducis burgundie petere non auderet. Secessit in montana. Bauarie. Ibi in Rathemberg opido. anno domini. MCCCXVIII. conscripto hoc dialogo introducit volucrum nuncium a se peregrino. ad Johannem monachum fratrem suum. qui prior celestinoium lugduni degebat. profertentem quemadmodum per theologiam peregrinationem suam consoletur. Et sicut Boetium de consolatioe philosophie in forma scribendi imitatur. Ita etiam consolatiois argumentum ubi ille dimisit. hic continuare conatur.

Sequitur Liber primus de consolatione theologie. 223